7951 arca rep. in Porto Torres a. 1698 ante portam occidentalem ecclesiae S. Gavini, cum fossa fit ad stillicidium recipiendum; adservatur in ecclesia ANON.

D ❦ M ❦
STATIAE · MAGNAE · P · F
VERONENSI · CONIVGI
KARISSIMAE · ET · INCOMPARABILI
SANCTISSIMAE · FEMINAE
VIXIT · ANN · XXVIII · MENS · III · DIEB · III
FEC... MARCIANVS · AVG · LIB.
TABVLAR... PERTIC · M · TVRR...
ET TARRHOS...
B ❦ M ❦

Anonymus Hispanus in schedula scripta a. 1699 adservata in tabulario capituli Sassaritani, unde ed. Spano *Bull. Sardo* 1855 p. 93.

Si genuinus est titulus, tabularius hic in tabulario principis formas oppidorum Sardorum Turris et Tarrhos curavit. Municipium si v. 8 significatur, peccavit qui scripsit.

7952 Porto Torres in area S. Gavini.

|XETF
*p*OLLIONI
LLIOPE
R
trib. coh. XV VrB
trib. coh III PR
ROVINI
IDENIO

Alb. la Marmora 23 Iul. 1819 dedit Vernazzae cod. bibl. reg. Taur. misc. 59 f. 297 (inde edidi in Hermae vol. 15 p. 160).

5 XVV·B traditur. — Eiusdem est n. 7863, haec tamen tam corrupta ut sanari nequeat.

7953 Porto Torres in campis rep. d. 18 Mart. a. 1820 in effossionibus, quas facit regina BAILLE. Adservatur Sassari in museo universitatis.

Q · ALLIO · Q · F · COL
PVDENTILLO
AVGVRI
CVRIAE · XXIII · ET
MINISTR*i* LARVM
AVG · EX *a*ERE
COLLATO

Recognovi. Baille ms. et *iscrizione Solcitana illustrata* (1820) p. 40; Lunelli *lett. al Vernazza* (1820) p. 5; Nurra Gregorii epistolae (1825) p. 37; Spano *Bull. Sardo* 1855 p. 63. 1859 p. 173. Henzen *Bull. dell' Inst.* 1855 p. XLIV et syll. n. 7420 e β.

5 supplevi in re praesenti neque de resarciendo hiatu dubitare potest qui lapidem vidit.

7954 ex Turrium ruderibus effossum eques Sebastianus Sotgiu ad regium Saceritanum Athenaeum transferri curavit m. Mart. a. 1835 NVRRA. Ibidem extat.

T · FLAVIVS · IVSTINVS · II · VIR Q A · SVPER · HS XXXV
QVAE OB · HON · QVINQVENNAL · PRAESENTIA · POLLICIT ·
REI · P · INTVLIT · LACVM · A FVNDAMENTIS · PECVNIA · SVA · FECIT ·
SVMPTV · SVO · AQVAM INDVXIT ·

Recognovi. Emm. Marongius Nurra Turritanum T. Flavii Iustini marmor commentario illustratum (Saceri 4. [a. 1835?] pp. 19). Inde della Marmora *voy.* II p. 484 n. 47; Angius *Bibl. Sarda* fasc. 10 (Iul. 1839) p. 364; Casalis *diz. geogr.* 15 (1847) p. 657; Spano *Bull. Sardo* 1859 p. 8. Henzen 7080.

1 duoviratus hic fortasse non diversus est a quinquennalitate quae mox memoratur; nam secundum quarundam rerum publicarum formam duoviri omnes eodem nomine utuntur nulla determinatione distincti. — Q·A est *q(uaestor) a(limentorum)* potius quam *a(erarii)*.

7955 probabile est titulum olim prostitisse Ostiis asportatum inde medio aevo. Est in monasterio *Nostra Signora di Tergu* (inter Sorso et Castel Sardo) in ecclesia monasterii e regione arae maximae.

A · EGRILIVS · A · F
PLARIANVS
DECVRIAL · SCR · CER · ET
CL · TI · F · HERMIONE
FECERVNT
CL · TI · F · IRENAE
LIB · LIBERTABVS · POSRISQ · EORVM sic

Descripsit Nissardius. Spano *memoria sull' antica Truvine* 1852 p. 2 (in secunda ed. *Bull. Sardo* a. 1858 inscriptio haec omissa est), *Bull. Sardo* 1860 p. 140. 1862 p. 96. Inde Henzen *Bull. dell' Inst.* 1853 p. 56, syll. n. 6561.

Cf. titulus Ostiensis *Bull. dell' Inst.* 1859 p. 216 expletus a Dessavio adiuncto altero fragmento Henzeni syll. n. 6420: *[D.] m. [A.] Egrilio A. f. Secundo Trheptiano [dec]ur. Laur. vico Augustan., scrib. colleg. fabr. tign. Ost., decuriali scriptus cerar., [tri]buli tribus Pupiniae, A. Egrilius Ision alumnus et Iulia Proba coniux fecerunt.* Itaque Plarianus non Romae decurialis fuit aedilium Cerialium, sed Ostiis decurialis scriptus cerarii. *Decuria scribarum cerariorum et librariorum* Ostiis quae fuit nota est ex titulo Orell. 4109. Rem explicuit Henzen *Bull.* l. c.

7956 Torres rep., est Sassari in museo universitatis SPANO. Reperiri non potuit. — Sine loco BAILLE.

D · M
CERDONI · VERATI
HERMEROTIS · AB · OSTIA
FECIT · IVVENALIS · M · IVLI · GENIALIS

Baille ms.; Spano *Bull. Sardo* 1856 p. 158.

7957 Porto Torres rep. in vinea prope rudera q. d. *Palazzo del Re Barbaro*, extat apud Petrum Porcheddu.

D ❦ M ❦
PROCVLVS
COLONVS BIXIT
ANNIS XXXV FE
CIT · VXOR · BENE
MERENTI ❦ ❦

Nissen descripsit, ad quod exemplum ed. Spano Gurulis (1867) p. 36.

7958 Sassari in museo.

D ·
ARIST*ia*
SPES · V*ix*
AN

Descripsit Schmidt.

7959 Sassari apud professorem Bettinali.

TI · CLAVDIO
AROGO
CRESCENS
B · M · POSVIT

Ectypum misit nobis Hector Pais professor Sassaritanus.

7960 Ossi rep., est Cagliari in museo ex dono Spani.

D
DONA
ANN
MAT
FILI

Recognovi. Spano cat. p. 90.

7961 Porto Torres in Sardinia rep., est Loveni apud Menaggium in museo Alf. Garovaglio.

D · M
IVLIA · PAMPVLE
VIX · ANN XXXX
MEN V DI X
FEC · FILII MATR
D · C

Henricus Molteni misit Henzeno.